

pœnæ inter Regnum Dei et damnationem æternam, qualem fabulabantur Pelagiani;

## INFIDELITAS.

Signa protestativa infidelitatis hæc indicat Benedictus XIV, in suis decretis pro incolis regni Servie incip. *Inter omnigenas*, bulla 5, tom. I, n. 89, nomina turcica assumere, infidelium templa scilicet moschæas frequentare, jejuniorum dies per carniem esum profanare, ad effectum ut Mahometani credantur. Damnat etiam peccati illos qui ex hac vita emigraturi cadavera sua Turcarum sepulture demandarent cum istorum assistentia et mahometicis adhibitis ritibus.

## ADDITIONES CASINENSES.

Inconcuca est Angelici Doctoris doctrina, ab omnibus theologis recepta, infidelitatem pure negativam, cujusmodi est in iis qui

## INFIRMITAS, INFIRMUS.

## SUMMARIUM.

Quenam infirmitas, et quorum iudicio excuset ab auditione Sacri, ad n. 3. — 4. Et a recitatione horarum canonicarum, ad n. 18. — 19. Quæ sint observanda circa Viaticum infirmorum, ad n. 29. — 30. Infirmi, ac præsertim Fratres Minores, an

(1. Infirmitas quæ impedit egredi domo ad negotia magni momenti excusat ab obligatione audiendi missam. *Communis*, cum Suarez, Castropalao, Sanchez, Dicastillo, Gobat, et La Croix, l. III, p. 1, n. 678. (2. Imo Sanchez, Dicastill., Gobat, et La Croix cit. sic. n. 678, dicunt, quod quamvis infirmitas non impediatur exire ad aliqua negotia, atque infirmus valde afficitur, adhuc excusat ab auditione missæ, si alias adsit periculum subeundi gravis incommodi. Non enim tenetur infirmus statim audire missam, si hanc audiens cum repugnantia naturæ, alterari possit et pati grave incommodum. (3. An autem in hoc, vel illo casu valetudinis censeatur incommodum sufficienter grave ad excusandum ab auditione Sacri, stari potest iudicio medici, vel superioris, vel parochi, vel etiam proprio si infirmus ipse sit ita prudens ut possit per se ferre iudicium; Sanchez, Dicastill., Bonac., Gobat, cum La Croix loc. cit., num. 679, et alii passim.

(4. Infirmitas gravis ob quam infirmus nequit recitare divinum officium sine læsione suæ valetudinis, vel sine incommodo, vel incremento morbi, excusat a recitatione totali. *Communis*, arg. cap. *Clericus* 2, dist. 91. (5. Non excusat tamen infirmitas levis, ut parvus dolor capitis, stomachi, vel pectoris, et interdum etiam levis febris tertiana, aut quartana, cum talis dolor aut febris non soleat tota die vehementer affligere, ita ut vacet tempus ad divinum officium recitandum. Navar. tom. IV, de orat., c. 11, n. 6, et in Manuali, cap. 25, n. 100; Sotus lib. x, de justitia, qu. 5, art. 3; Layman lib. IV, tract. 3, cap. 6; Donatus tom. IV prax. rerum Regul. quæst. 51, num. 1; Tabiena, Armilla,

*Falsa, temeraria, in scholas catholicas injuriosa.*

nihil audierunt de fide, non esse peccatum. « Si autem infidelitas, sic ille, accipiatur secundum negationem puram, sicut in illis qui nihil audierunt de fide, non habet rationem peccati, sed magis pœnæ; quia ignorantia divinorum ex peccato primi parentis consecuta est. Qui autem sic sunt infideles damnantur quidem propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, non autem damnantur propter infidelitatis peccatum. » 2, 2 quæst. 10, art. 1. — Quamobrem inter Bani propositiones, hæc etiam merito per Summos Pontifices S. Pium V et Gregorium XIII damnata fuit, n. 68 recensita: *Infidelitas pure negativa in his in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.*

teneantur ad jejunium, ad n. 52. — 53. Episcopi, parochi, et canonici infirmi an, et quando dispensentur a residentia, vel distributiones lucrentur, ad n. 55. — 56. An peccet infirmus remedia sibi procurans, ac a medicis oblata respuens, etiamsi mortis periculo laboret. — 57. Subnectuntur additiones ex aliena manu ad n. 41.

et omnes summistæ in verb. *Horæ Canonicae*; Busemb. filiuc., et aliis citatis Bonacina de Horis, disp. 1, qu. 6, p. 1. (6. Infirmitas impediens infirmum ad recitandum, v. g., solum matutinum, non excusat ipsum a recitatione aliarum horarum quas recitare potest sine læsione suæ valetudinis. Est jam communis propter sequentem propositionem 5 in ordine inter merito damnatas ab Innocentio XI, die 2 Martii 1679, ibi: « Qui non potest recitare matutinum et Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur quia major pars trahit ad se minorem. »

(7. In dubio an infirmitas sit gravis aut levis, et an infirmus seu convalescens possit sine gravi nocimento recitare totum officium aut partem, standum est iudicio medici, vel superioris, aut, in horum defectu, alterius viri prudentis: Silvester, Sotus, Sanchez, Donatus loc. cit., num. 2, aliique cum Pelliz., tom. I, tract. 5, c. 8, n. 115. (8. La Croix lib. IV, num. 1225, qui insuper cum Gobat addit posse infirmum stare etiam iudicio proprio, si sit ita prudens ut per se possit de talibus ferre iudicium. Si autem nec supradicti, nec infirmus ipse possint solvere dubium, sed adhuc illud permaneat, tunc non tenetur infirmus tale officium recitare, quia non tenetur se periculo gravis damni et nocimenti exponere; Donatus loc. cit., num. 3; Bonacina loc. cit., num. 5; Castropal. tract. 7, d. 2, p. 6, n. 12; La Croix loc. cit., num. 1225; Neusser, Stoz, et alii plures. (9. Nec valet cum aliis dicere quod in tali dubio teneatur infirmus officium recitare, ex quo præceptum recitandi sit in possessione, quia id non obstat ob adjunctum periculum gravis nocimenti, ad quod pia mater Ecclesia non videtur

obligare, quia in ejusmodi dubiis vix attingi potest punctum et status obligationis, unde ne scrupulis aperiatur via, ex quo talis infirmus non possit in tali dubio et perplexitate se expedire, cum sit æque periculum nocendi valetudini, quod illicitum est, quam transgrediendi præceptum recitandi officium; in tali casu consuetudo legem interpretatur, ut sic dubitans censeatur liber. Sic citati doctores et alii.

(10. Regulares infirmi, quando non possunt nec sciunt se determinare an licite possint totum vel partem officii divini omittere, satisfaciunt præcepto dicendo psalmos, hymnos, *Pater noster*, *Ave Maria*, et alia iudicio prælati, seu presidentis loci, aut conventus assignanda. Sic concessit Leo X Minoribus apud Casarubios in compendio Privilegiorum, verb. *Infirmi Fratres*, num. 6. Et ex concessione Martini V, et Eugenii IV, facta fratribus S. Hieronymi, regulares infirmi, senes, valetudinarii, aut alii invalidi, satisfaciunt præcepto divini officii recitando aliquos psalmos, vel id, quod superiores vel sui confessores assignaverint; Casarubios, loc. cit., num. 11 et 12.

(11. Regulares infirmi ex concessione facta Minoribus de Observantia a Mart. V, Eug. IV, Call. III, Pio II ac Xisto IV, consequuntur indulgentiam plenariam in articulo mortis: Casarubios, loc. cit., num. 1. (12. Regulares infirmi in suis infirmariis, cellis, et etiam lectulis (quando commode aliter dicere non possunt), possunt promereri indulgentias stationum et alias concessas in suis ecclesiis, dicendo quinque *Pater noster* et *Ave Maria*, pro intentione et proposito illius indulgentiæ. Sic concessit Innoc. VIII, apud Casarubios, loc. cit., num. 3. (13. Regulares infirmi ac senes in decrepita ætate constituti possunt lucrari indulgentias concessas dicentibus coronas D. N. Jesu Christi et Matris suæ, dicendo unum psalmum aut hymnum B. Virginis, aut Domini nostri. Sic concessit Leo X, apud Casarub. l. c., n. 5.

(14. Infirmi omnes qui ex recitatione divini officii versimiliter credunt aliquem dolorem capitis, aut aliquam crudelitatem stomachi, vel virium lassitudinem, aut etiam febrim tardius remissuram, excusantur a præcepto illud recitandi, quia hujusmodi damna, quæ in corporibus sanis sunt levia, in ægrotis sunt gravia. Ita Sanchez in consil., lib. v, cap. 2, d. 43, n. 4; Stoz lib.

(94) Quæ hic circa onus recitandi divinum officium afferuntur nimis laxa videntur. Consulat igitur lector hoc loco P. Antoine aliosque saniores moralistas.

(95) Multa pronuntiat Lucius Ferraris a n. 14 ad num. 18, obligationem infirmorum recitandi divinum officium spectantia, quæ, meo quidem iudicio, a laxitate excusari nullatenus possunt. Quod autem majus negotium facessit illud est, quod, Diana, aliisque casuistis duobus, veluti probabile venditatur, nimirum illos qui aliqua infirmitate præpediti officium recitare nequeunt debitis horis, non teneri anticipare, vel supplere horas temporis respondentibus quo fuerunt infirmitate detenti. Hujus asserti absurditas per se constat. Certum enim est matutinis

1, part... num. 402; Tamburin. in Decalog. lib. II, cap. 5, § 8, a num. 13; La Croix lib. 4, n. 1224; Gobat, Pelliz, et alii, arg. cap. *Clericus* 2, dist. 91, ubi pro legitima causa non recitandi habetur inæqualitas corporis, quæ non sonat morbum gravem. (15. Imo supradicti doctores et alii cum Pelliz tom. I, tract. 5, cap. 8, n. 116, dicunt quod tales infirmi non teneantur adhuc ad recitationem divini officii, quamvis bonam diei partem confabulationibus expendant, atque etiam libros recreationis causa legant; quia confabulationes ac lectiones illæ afferunt ægris recreationem, nec morbus ingravescit, sed potius levatur. Recitatio vero divini officii econtra est res seria, et ex sua natura caput gravat ac molestiam affert. (16. Item dum tales infirmi convalescunt, et adhuc vires sunt imbecilles, possunt ad aliquos dies differre recitationem, et aliquando etiam prius incipere celebrare quam recitare divinum officium. Gobat, in experient. tract. 5, num. 715; Stoz, loc. cit., num. 402; La Croix, loc. cit., num. 1224; Sanchez, et Tamburin. loc. cit. et alii plures (94).

(17. Qui ob infirmitatem non possunt Horas recitare debito tempore, possunt autem commode sine nocimento valetudinis recitare alio tempore ante, vel post, v. g. si post prandium laborant quartana, mane autem sint liberi, aut econtra, non excusantur a præcepto; sic Castropal. tract. 7, d. 2, part. VI, n. 6; Stoz, loc. cit., num. 409; Tamburin. lib. I, c. 3, § 7, verb. *Horæ canonicae*, num. 20; La Croix loc. cit., num. 1226; Pellizarius loc. cit., et alii. Et ratio est quia quod recitentur horæ hoc, vel illo tempore, est circumstantia accidentalitatis tantum; obligatio autem recitandi totum officium incipit a media nocte, et durat per singulas partes diei naturalis usque ad alteram mediam noctem. (18. Henriquez autem, Canus, Caramuel, et alii, volunt eos non teneri anticipare, vel postea supplere horas respondentibus illi tempori quo ægrotant; quia obligatio anticipandi vel supplendi videtur tunc tantum esse quando impedimentum est ex nostra libertate, non autem quando est ex necessitate, uti ex infirmitate, et hanc sententiam dicunt esse probabilem; Diana part. IV, tract. 4, res. 10; Lessius l. 3, cap. 37, n. 43. Sanchez loc. cit., d. 43, num. 7; Gobat loc. cit., num. 711; Sporer in Theolog. Sacramental. num. 172, et alii (95).

(19. Si infirmus sit communicandus, et recitandis nocturnum tempus esse assignatum: pone, te sacerdotem privatam nunquam nocturno tempore assurgentem ut matutinum persolvat, nocte præterita aliquo laborasse incommodo, a quo, sole illucescente, perfecte convalescisti. Posita Ferraris sententia, teneberis quidem horas diurnas persolvere, quia nullo laboras valetudinis impedimento; minime vero nocturnas ob morbum a quo jam convalescisti, quantum si nullum pertulisses incommodum, diem expectasses ad matutinum recitandum. Imo nec prævenire teneberis, etsi prævideas morbum superventurum, quantum assuetus sis canonicas horas anticipare, puta, matutinum recitare vespere antedecenti, diurnas horas de mane, etc. Quid in hac re absurdius?

desit stola, vel alba, potest in tali casu ei dari communio sine ipsis; quia, quamvis ista spectent ad reverentiam Sacramento debitam, non est tamen positiva irreverentia, sed tantum omissio majoris reverentiae; et necessitas hominis, propter quam instituta sunt sacramenta, videtur excusare: necessitas enim non habet legem, cap. *sicut*. 11, de consecrat, dist. 1; cap. *Omnes* 1, de Feriis, capit. *Consilium* 2, de observat. jejunior., cap. *Consulisti* 3, de celebrat. Missar.; et quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum: cap. *Quod non est* 4, de Reg. Juris, in 6; et sic expresse tenet La. Croix lib. vi, p. 2, n. 333, et alii. (20. Infirmus, si commode jejunus expectare non possit, communicari potest non jejunus, sed per modum viatici; *Communis*, cum la Croix, lib. vi, pag. 1, num. 602; Aversa quæst. 8, sect. 9, § 6; Gobat, Tamburin., Dicastill., et aliis. Inter quos non est omnino prætermittendus P. Benjaminus Elbel, part. III. Conf. 14, n. 90, ubi casum in hoc proposito valde singularem resolvit.

(21. Infirmus tenetur ex præcepto divino Eucharistiam sumere per modum viatici, quando est in periculo mortis constitutus, et hoc etiamsi non sit jejunus. Vide verb. *Eucharistia*, n. 34. (22. Et licet sit jejunus, recte adhuc adhibetur formula: *Accipe Viaticum*. Vide verb. *Euchar.*, 35. (23. Qui mane ante periculum communicavit ex devotione, si superveniat periculum, an teneatur eodem die per modum viatici communicare. Vide verb. *Eucharistia*, num. 36. (24. In eadem infirmitate, etsi non teneatur, potest tamen ægrotus pos. septem vel octo dies repetere viaticum non jejunus, dummodo nequeat jejunus sumere, et periculum mortis recurat. Vide ibid. n. 57. (25. Quando morbus et periculum diu protrahitur post 7 vel 8 dies, potest iterum dari communio non jejunus. Vide ib. n. 38. (26. Viaticum dari debet infirmis in periculo, etiam in die Parasceves. Vide ibid. num. 39. (27. Si infirmus ob tussim vel ob aliam causam sumere non possit viaticum, non debet ad illum deferri SS. Eucharistia devotionis causa. Vide ib. num. 50.

(28, 29. Pro consecrando viatico dando infirmo non est licitum sacerdoti non jejunus celebrare; S. Antonin., Suarez, Azorius, Jordanus, alique plurimi cum Dicastill. dist. 9, n. 343; La Croix lib. vi, part. 1, n. 611. Quamvis enim sacerdos teneatur celebrare jejunus solum de præcepto Ecclesiastico, et infirmus teneatur in periculo mortis sumere viaticum de præcepto divino, tamen præceptum divinum non obligat, nisi quando observari potest cum debita reverentia principalibus ritibus, et quasi substantialibus cæremoniis ab Ecclesia præscriptis, ut recte observant Suarez, Fag. Diana, Amicus, Lugo, Tambur. Dicastill. Platell. apud La Croix loc. cit. num. 167. Tum quia in ipso casu defectu Hostiæ consecrata infirmus excusatur a tali præcepto sumendi viaticum ob impotentiam, quia impossibilium nulla est obligatio; 1. *Impos-*

*sibilium*, ff. de Reg. Juris, et cap. *Nemo potest* 6, de Reg. Juris in 6, ibi: *Nemo potest ad impossibile obligari*. Aliqui tamen, ut Major., Zanard Zambranus, Philarch. et alii tenent oppositum, et horum sententiam Suarez, Filiucius, Lugo, Dicastill. Layman, et alii vocant probabilem saltem in casu quo infirmus aliud sacramentum non possit suscipere.

(30. Infirmus non tenetur ad jejunium; *Communis*. Vide verb. *Jejunium* articulo secundo. (31. Infirmi non tenentur ad jejunium, sicuti non tenentur ad recitationem Horarum et ad audiendum Sacrum, quamvis propria culpa inciderint in infirmitatem; arg. c. *Infirmitas* 13, de pœnitentiis, et rem. Et ratio est quia etsi tales propria culpa sint impotentes, hæc tamen impotentia et hoc impedimentum ad observantiam jejunii et hujusmodi, nec a jure nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum est, ut innuit textus in cap. *Percussio* 2, caus. 7, qu. 1, ibi: « Cum percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur, et ideo non debet a nobis addi flagellatis afflictio. » (32. Fratres Minores non potentes jejunare bono modo propter infirmitatem vel debilitatem, non tenentur, ut eis concessit Sixtus IV, apud Casarub. in Compendio Privilegiorum, verb. *Infirmi fratres* n. 2.

(33. Episcopi infirmi, an, et quando dispensentur a residentia. Vide verb. *Episcopus*, art. 3.

(34. Canonici infirmi, an, et quando lucrentur distributiones. Vid. verb. *Distributiones quotidiana*.

(35. Parochi infirmi, an, et quando censeantur dispensati a residentia. Vide verb. *Parochus*.

(36. Infirmus peccat quando, spretis medicorum consiliis et remediis, pro libitu suo sibi remedia procurat, seu remedia ordinaria recusat, Busemb., La Croix l. II, num. 201, et l. III, part 1, num. 769 et 775, cum aliis ibi citatis. Tunc enim vitæ suæ non consulit quantum potest et debet. In casu tamen quo aliquis infirmus diu et graviter ægrotaret, et a medicis tanquam incurabilis esset derelictus, non peccaret sumendo aliquod remedium periculosum, quia non tenetur homo se servare cum tantis doloribus, unde non censetur tunc, nisi indirecte, morti suæ cooperare: Henno tom. , tract. de conscientia, disp. 3, quæst. ult. conclus. 3, resol. 4. et alii passim. (Hæc tamen opinio non est satis tuta; Rom. Th.) Infirmus, etiam periculosus ad mortem, nequit licite omne remedium aut medicamentum respuere: quisquis enim tenetur vitæ suæ periclitanti mediis ordinariis opulari: Henno loc. cit.; Busemb., et La Croix loc. cit.; Diana, et alii passim. Vide verb. *Moribundus* num. 1 et 2.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(37. Infirmitatem inter legitima impedimenta recensuimus in Addit. ad verb. *Impediens*. At quia non raro accidit ut homines

nonnullis ex causis infirmitates simulent, ne modo in iudicio comparere necessum habeant; hinc est quod infirmitates evidentibus probationibus probari debent, et simulata infirmitates a veris infirmitatibus sunt distinguendæ.

(38. Infirmitatis probatio ordinaria fit per litteras et testimonium medicorum. Paul. Zacchias in Quæstionib. Medic. Legalib. lib. II, tit. 2, qu. 1, n. 3. Quinimo in causa levi probari potest infirmitas attestazione unius medici: Strik. Jur. Dissert. vol. V, disp. 3, c. 3, n. 54.

(39. Recepta quoque est probatio infirmitatis per testes ad minus duos: Damhou-

der. in prax. crimin. cap. 19, num. 9; Farinac. de Testib., q. 63, in princ.

(40. Controversia vero non levis est an infirmitas, aliis deficientibus probationibus, per juramentum probari possit? Affirmant Mascard. de probat. conclus. 884, fere per tot.; Carpov, Jurisprud. Forens., part. 1, constit. 9, defin. 11; Zanger. de Exception. part. II, cap. 9, num. 12; Mindan. de Process., lib. II, cap. 19.

(41. At non aliter hæc sententia admitenda est, quam si agatur de persona non suspecta de perjurio. Fides enim juramenti dependet a fide viri; Adi Strik. Juridic. dissert. vol. V, disp. 3, c. 3, num. 57.

#### INGRESSUS.

(1. Ingressus ecclesiæ denegari nequit mulieribus menstruatis; Benedict. XIV, tom. I, constit. 107, incip. *Omnium sollicitudinum*, § 3, 14, et 39. (2. Ingressus mulierum in monasteria virorum sub gravissimis pœnis prohibetur. Idem constit. 39, incip. *Regularis disciplina*. (3. In casibus exceptis, v. g. favore mulierum nobilium jus patronatus habentium, quomodo permittatur?

Idem ibidem § 8. (4. Facultates permittendi hujusmodi ingressus revocantur et annullantur. Idem ibid. § 4 et 5. Vide tom. I, verb. *Clausura*. Ingressus in clausuram monialium est omnibus sub gravissimis pœnis interdictus. (5. Vide dict. tom. verb. *Clausura*, et tom. V, verb. *Moniales*, art. 3, num. 99, ubi affertur ad id Pontificia constitutio.

#### INIMICUS.

Vide verb. *ODIUM*, et verb. *VIRTUS vers. CARITAS*.

#### INJURIA

Vide verb. *CONSERVATORES*, n. 4; et verb. *POENA*, art. 2 n. 145, 146.

#### INQUISITIONIS S. OFFICIUM, INQUISITORES.

##### SUMMARIUM.

1. Inquisitionis tribunal quando erectum et quibus commissum fuerit, ad n. 5. — 4. Quinam olim habuerint, et nunc facultatem habeant inquisitores eligendi, ad n. 5. — 6. Congregatio sanctissimæ inquisitionis a quo fuerit instituta, quæ habeat jura, contra quos procedere valeat, etc., ad n. 14. — 15. Inquisitionis officium impediens quas pœnas incurrat. — 16. Inquisitores in quibus causis et contra quas personas possint procedere vel non, ad n. 27. — 28. Inquisitores an possint admittere laicos ad iudicandum, et an ipsis liceat aliquid pretii percipere pro actis S. Officii, ad n. 30. — 31. Inquisitores quos possint creare et assumere in notarios, et in quibus magistratus etiam sæculares compellere, ad n. 37. — 38. Inquisitores an possint procedere contra delinquentes in sua provincia, etiamsi alio se transulerint. — 39. Quid mutuo sibi debeant inquisitores et episcopi, in causis ad fidem pertinentibus, ad n.

49. — 50. Quæ sint crimina in quibus inquisitores procedere possunt, ad n. 70. — 71. Inquisitores et episcopi ad quid teneantur in causis fidei, ad n. 75. — 76. An vigeat hodie constitutio qua Sixtus IV statuit ne inquisitores ordinis Prædicatorum procederent contra fratres ordinis Minorum; ac voluit inquisitores ordinis tam Prædicatorum quam Minorum a suis generalibus corripri, processari, et pœnis affici. — 77. Inquisitores quos possint absolvere judicialiter, ad n. 78. — 79. Inquisitoribus quæ jura competant ac privilegia, ad n. 86. — 87. An episcopi, parochi, vel canonici in officio inquisitionis impediti excusentur a residentia, vel distributiones lucrentur, ad n. 90. — 91. Familiares S. Officii an satisfaciunt præcepto paschali, nisi communicent in propria parochia. — 92. An et quando vicarius, et ministri S. Officii ob violatam in munitatem censuras incurrare censeantur, ad n. 99. — 100. Subnectuntur additiones ex aliena manu, ad n. 108.

(1. Inquisitionis tribunal fuit primo erectum sub Innocent. III, occasione hæresis Albigensium, rem eidem Innocentio proponente S. Dominico, præclarissimi ordinis Prædicatorum patriarcha, tunc Oxomensis canonico, cui primo hæc delegata inquisitoris jurisdictio commissa fuit. Paramus de Orig. Inquisitionis, lib. II, tit. 1, cap. 1, num. 13; Castil. in Histor. Ordinis Prædicatorum, cap. 17; Fernand. in concertat. Prædicat., pag. 16; Lucius Marinus Siculus in Histor. Hispan. Card. Petra, tom. III, commentar. in constit. 16. Innocentii IV, n. 8, et alii passim.

(2. Inquisitionis munus seu officium fuit commissum a Gregorio IX solis patribus

ordinis Prædicatorum, ut patet ex litteris datis anno 1231 eorum priori in Lombardia, quæ litteræ exstant tom. IX Conciliorum column. 335, et ex aliis inquisitoribus ejusdem Ordinis ab eodem Gregorio contra Albigenses missis, ut videri potest apud Leandr. de viris illustrib. lib. II; Rzovium ad annum 1235, a num. 4. (3. Deinde Innoc. IV tale inquisitionis officium commisit etiam Fratibus Minoribus, ut patet ex ejus constitutione incipiente *Quia tunc*, et refert cardin. Petra loc. cit., num. 9, et alii. Et aliquando fuit commissum etiam patribus Minimis Sancti Francisci de Paula: Clemens enim VII delegavit inquisitorem in regno Portugalliæ P. Didacum de Silva, dicti or-